

# INDEX LECTIONVM

IN

## VNIVERSITATE LITTERARVM VRATISLAVIENSI

PER HIEMEM A. MDCCCL.

A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS

HABENDARVM.

PRAEMISSA EST C. ERN. CHR. SCHNEIDERI DE INTERPRETANDIS CAESARIS COMMENTARIIS  
SCHOLA.

---

TYPIS VNIVERSITATIS.

INDEX LECTIIONVM

17

UNIVERSITATE  
LITTERARVM VRAZISLAVIENSIS

PER HIEMEM A. MDCCCL.

A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS



FRAGMENTA EST C. ERN. CHR. SCHNEIDERI DE INTERPRETATIONIBUS CAESARIS COMMENTARIIS  
SCHOIA.

TYPIIS UNIVERSITATIS

LECTI  
RECTOR ET SENATVS  
S. D.  
CIVIBVS.

Fortasse miramini, commilitones, quibus rebus adductus et quid potissimum spectans aliquis aliquem ex Caesaris de bello Gallico commentariis interpretari vobis velit. Scripta enim Caesaris, etsi ex quo primum sunt edita, omnium peritorum iudicio valde probata sunt, tamen interpretis operam non magnopere desiderare videntur. Intellectu facilia sunt et huius ipsius perspicuitatis causa maxime laudantur. Quam ob rem non in Academiis legi, sed in inferioribus scholis tractari solent ita, ut paulo proveciores discipuli in belli civilis commentariis excerceantur, belli Gallici libri tantum non plane rudibus vixque grammatae elementis imbutis legendi tradantur. Neque nos, si scholis Academicis de veterum classicorum scriptis nullum, nisi quod difficile intellectu et crucibus interpretum plenum esset, accommodatum putaremus, horum commentariorum tractationem vestra dignam audientia existimaremus, inter quos satis constat reperiri neminem, qui non quamlibet partem eorum semel paulo attentius lectam ex Latino in vernaculum convertere sermonem possit. Itaque hoc genus interpretationis, quod convertendis in vernaculam peregrinis efficitur, ab Academica Caesaris lectione abest, atque ita tantum, si vos facile eo careatis, non temere aliquis Latinum ad illam sermonem adhibeat. Iam aliud genus est interpretationis idque alioris gradus auditoribus sane conveniens, quod in subtiliore legum grammatarum expositione et docta sive ad principia revocata verborum enarratione positum ad Caesaris scripta eo magis adhibendum videtur, quo excellentiorem inter linguae Latinae auctores locum Caesar tenet, quippe

quem et ipsum de analogia scripsisse ac philosophiae lucem attulisse materiae grammaticae accepimus et a Cicerone propter verborum elegantiam et rectam scribendi rationem omnibus praelatum esse novimus. Hic profecto, si quis alius, ingenium linguae perspectum habuisse verborumque significationem et flexionum vim ac potestatem tenuisse existimandus erit ideoque recte et plane intelligi non posse nisi ab eo, qui et ipse probe et accurate cognita haec habeat; ex quo sequitur, ut qui facere velit, ut intelligatur scriptor, in grammaticis quaestionibus maxime versari debeat subtilitatisque et doctrinae exercendae largissimam habeat copiam. At enim, dixerit quispiam, tanta in Caesare usus observantia fuisse traditur, ut quodvis infrequens atque insolens verbum tamquam scopulum fugiendum censeret, cuius rei testes sunt Macrobius Sat. 1, 5 et Gellius 1, 10. Et re vera Commentarii ita scripti sunt, ut proprium aliquem scriptoris usum vix usquam agnoscas, fere ubique verba audias communia et in sermone illius aetatis cotidiano hominum eruditorum et liberaliter educatorum frequentata eaque ita composita, ut secundum leges omnibus notas et ab omnibus observatas componi debebant; qua re effectum est ut veteres grammatici, Charisius, Priscianus, alii, qui antiquiorum scriptorum volumina exuebant ex iisque vel dictorum suorum testimonia vel praeceptorum auctoritatem repetebant, in illis invenirent nihil, quod dignum relato putarent, praeter unum ablativum *maribus*, quem Priscianus 7, 16 § 75 ex Gall. 5, 1 enotavit. Quare quod in aliis scriptoribus peculiari atque ipsis proprio sermonis genere utentibus saepius fieri debet, ut quaeratur, quae genuina et primitiva sit casuum, temporum, modorum vis, quae particularum significatio, quae propriae et translatae dictionis differentia, quae figurarum grammaticarum rhetoricarumque natura, quibus rebus cognitis et cum scriptoris usu comparatis iudicium de singulis locis regatur, id Caesaris in Commentariis rarius usu venit, quorum dictio plerumque talis est, qualis in reliquorum scriptis ubicunque occurrit, ut per se clara silentio praeteriri solet. Atque haec talis dictio, quam Caesar cum reliquis, imprimis cum Cicerone, communem habet, quasi fundamentum est grammaticae nostrae, cuius pars quae syntaxis vocatur, tota horum ad normam et ad exempla ab his petita composita est et in omnibus capitibus horum auctoritate utitur. Itaque in interpretando Caesare, nisi denuo grammaticae doctrinae fundamenta iacere et systema condere volumus, grammaticis quaestionibus non multum loci relinquendum videtur. Accedit quod magna illa usus observantia, qua Caesar quasi obstrictus tenebatur, efficiebat ut in scribendo etiam ea retineret, quae ipsi ratione et analogia carere videren-

tur. Scribebat *equitalui*, etsi *equitalu* dicendum et omnibus istius modi *i* litteram detrahendam esse in libris de analogia docuerat, ut Gellius 4, 16 tradit. Etiam *huius die* et *huius speciei*, eodem Gellio 9, 14 teste, et *partum* secundum Charisium p. 81 Lind. dicendum censebat et tamen *dier* et similia et Civ. 1, 35 *partium* scripsit. Quid igitur si pluribus non solum verbis verborumque formis, sed etiam constructionibus usus est non quod eas probaret, sed quod consuetudine receptae erant? quas si ad rationem et ad certa principia revocare studeamus, totiens erremus, quotiens consuetudo ipsa abhorreat a ratione. Hic vero primum res ipsa securos esse nos iubet. Perraro in Caesaris commentariis reperiemus quod rationi linguae Latinae repugnet, neque est quod eum hac in parte cum ipso Cicerone comparare et reliquis scriptoribus, etiam Livio, praeferre dubitemus. Exemplo hoc sit: Constat Latine *non modo* — *sed ne* — *quidem* dici ubi *non modo* non expectares. Ratio haec est, quod *ne* — *quidem* significatione non differt ab *etiam non*. Itaque Caesar Gall. 3, 4 § 3 *non modo defisso ex pugna excedendi, sed ne saucio quidem eius loci, ubi constiterat, relinquendi ac sui recipiendi facultas datur* dicit, quod rationi non repugnat. Contra Livius 25, 26 § 10 de pestilentia scribens *ita assuetudine mali efferaverant animos, ut non multo lacrimis iustoque comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent* vim dictionis satis perspectam habuisse non videtur. Talia in Commentariis perpauca ac nescio an nulla exstant praeter unum Gall. 5, 2 § 2, *neque multum abesse ab eo quin paucis diebus deduci possint*, quod a ratione abhorrens usui datum videtur. Praeterea auctorem et testem hac in re gravissimum habemus Ciceronem in Bruto c. 75 commentarios Caesaris *valde probandos* dicentem: *nudi enim sunt, recti et venusti*; usum autem ita ab eo observari, ut *rationem adhibens consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendet*. Itaque verendum non est, ne rationes indagantes dictionis a Caesare usurpatae irritum aut noxium laborem suscipiamus. Neque illud male nos habeat, quod formas verborum nonnullas posuit in scriptis, quas ipse minus rectas esse iudicaret. Pro certo enim statuere non poterat *i* litteram in dativis et genitivis illis esse vitiosam, sed quia non videbat, quam ob causam ab analogia discessum esset, hanc sequendam iudicabat, esse autem discessum videns unus non discedere nolebat, ne unus sapere velle videretur in eiusmodi re, quae ad sonum nullius momenti, ad perspicuitatem vero etiam detrimento esse posset. Attamen semel *acie* pro genitivo ponens Gall. 2, 23 § 1, fortasse quo iudicia hominum tentaret vel aures assuefaceret, non adeo se usus observantem esse

probat, ut quod rectius esse stauisset, id ipse usurpare quamvis solus non auderet. Quod autem ad fugam attinet verborum insolentium, scilicet nova vocabula, quibus poeta- rum ingenium et licentia linguam augent et indolem eius illustrant, apud commentariorum scriptorem frustra quaeremus, neque felicem audaciam novas significationes veteribus verbis impertientem, qualem in Horatio admiratur Quintilianus, cui similem inter scriptores exercet Tacitus, in Caesare nobis licet admiri; sed contra haec summam ad linguae cognitionem utilitatem praebet hanc, quod si quid ab eo vel semel positum viderimus, id iam dubitare non debemus, quin communi omnium illa aetate peritorum iudicio sit probatum, si quibus autem consulto abstinuisse visus fuerit, de iis vero dubitandum et diligentius quaerendum est. Qua in re, si propter argumenti naturam et angustias non tantam verborum omnis generis multitudinem habet Caesar, quantam Ciceronis varietas et amplitudo scriptorum offundit, Caesar multitudinis defectum supplet perspicua et illustri notionum omnium descriptione. Ubique quod cogitat, perlucet, et quia res ipsas quales sunt, cogitat et ubique scit, quid velit, vocabula tamquam viva incedunt, quae Ciceronis in scriptis passim umbrarum instar volitant nec satis certas rerum formas exprimunt. Neque vero Caesar in conformanda dictione omnia aliorum iudicio, nihil suo tribuebat nullamve locutionem usurpabat nisi quam ab aliis usurpari solitam sciret, sed et ea, quae essent usitata verba cum aliis item usitatis novo modo coniungens linguam augebat, et quae recens nata probaret, sua auctoritate confirmabat et stabili in lingua loco donabat. Tale est *novissimum*, quod Varro de L. L. 6, 59 Müll. senes aliquot sua memoria ut nimium novum vitasse narrat, et quo Cicero semel tantum usus est pro Rose. Com. c. 11. Id Caesar pro extremo frequentans effecisse videtur ut postea sine dubitatione usurparetur. Prioris generis dicitio est *bellum facere*, ad analogiam facta communis locutionis *pacem facere* et ingenio linguae haud dubie accommodata, quamquam a Seneca Epist. 114 § 17 Arruntio, belli Punici scriptori, inter alia ex nimio Salustii imitandi studio ducta vitio data. Ad idem genus referenda videtur verborum *vereri, mittere, prohiberi* constructio, quae Gall. 5, 9 § 1. 22 § 3. 6, 10 § 5 occurrit, cum Caesar *eo minus veritus navibus*, Casivellaunus *legatos per Atrebatem Commium de deditioe ad Caesarem mittere*, Bacenis silva *Cheruscis ab Suevis Suecosque ab Cheruscis iniuriis incursionibusque prohibere* dicuntur. Superest aliud munus interpretis, ad summam operis et compositionem partium spectans, ne id quidem utili et iucunda in Caesaris Commentariis carens exercitatione. Res ab ipso

legatisque et legionibus eius per septem annos in Gallia, Germania, Britannia gestas continent. Summa igitur eorum historica est eaque scitu dignissima tum propter rerum ipsarum magnitudinem, tum propter auctoris excellentiam. Accedit quod ipse de se scribit, quo fit ut et qualis videri voluerit, appareat, et dummodo de fide, qua scripserit, constet, quis vere fuerit, intelligatur. Fides autem aestimari non poterit nisi veritate rerum utcumque explorata ad eamque relata et exacta ea rerum forma, quam commentarii exhibent, quam nonnihil discrepare ab illa non mirabimur, nisi forte Caesarem unum nihil fecisse credimus, quod non laudabile atque honestum et tale esset, ut sine dubitatione pronuntiarum coram aequalibus et tradi posteris ab eo posset. Sed rerum veritatem explorare historici est: interpres formam earum, quam scriptor mente conceptam habuerit, explicare et qualem quasi picturam composuerit, demonstrare debet. Cui officio cum in historiarum scriptoribus satisfieri soleat verborum et sententiarum interpretatione, qua rite administrata et singularum partium ratio et operis totius summa fere nequit esse obscura, commentariorum alia conditio est. Res sane easdem omnes, quas historiae, exhibent, minime vero omnes ita ordinatas, ut quae fuerint, statim intelligi possit. Neque enim artis opera esse volunt, sed memoriae, et Caesarem quidem suos etiam celeriter confecisse Hirtius in praefatione libri octavi de bello Gallico testatur. Quamvis longe igitur a rudi et indigesta mole distent, tamen non omnibus locis id ipsum docent, quod scire eorum interest, qui claram et perfectam rei imaginem circumspeciant. Iam si quid est quod consulto omiserit, quod ad famam atque opinionem hominum non satis tuto dici posse videretur, seu quid ira studiove quo minus diceret impediretur, id vel divinando supplere vel ex aliis scriptoribus eruere historicus debet; ea vero, quae fortasse alio loco supplementi causa vel quod ibi quoque apta essent, commemorata in ipsis commentariis sunt, interpres colliget collectaque illuc, ubi desiderantur, referet. Huius generis exempla haec sunt: 1, 14 § 3: *Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur.* 24, 2: *ita, uti supra.* 2, 24 § 3: *calones, equites, funditores, Numidas.* 33, 3: *ex vallo turribusque.* 3, 8 § 2: *quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant.* 10, 2: *iniuriae retentorum equitum Romanorum.* 4, 8 § 3: *quorum sint legati apud se.* 11, 2: *equites, qui agmen antecessissent.* 21, 6: *Commium, quem ipse Atrebatibus superatis regem ibi constituerat.* 29, 2: *longas naves, quibus Caesar exercitum transportandum curaverat.* 35, 1: *equites circiter XXX,*

quos *Commius Atrebas*, de quo ante dictum est, secum transportaverat. 5, 2 § 1: *con-*  
*ventibusque peractis.* § 4: *neque ad concilia veniebant.* 23, 3: *Ac sic accidit, uti ex*  
*tanto navium numero — reicerentur.* 24, 4: *Unam legionem, quam proxime trans Padum*  
*conscripterat.* 6, 4 § 5: *Eodem Carnutes legatos obsidesque mittit — eadem ferunt re-*  
*sponsa.* 36, 1: *praeceptis Caesaris.* 39, 1: *Praecurrunt equites.*

Quae cum ita sint, non dubitamus, quia satis aptam etiam Academicis scholis inter-  
pretandi materiam in Caesaris Commentariis inesse nobiscum sentiatis. Valete.

D. Vratislaviae Kal. Octobr. A. MDCCCL.

## ORDO THEOLOGORUM CATHOLICORUM.

IOSEPHUS HENRICUS FRIEDLIEB, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Dispu-*  
*tationes de locis difficilioribus Actorum Apostolorum* instituet dieb. Ven. et Sat. h. x. II. In  
seminario regio theol. sodalium *exercitationes criticae et exegeticae in N. T. libris institutas*  
moderabitur d. Sat. h. iv. et v. Privatum III. *Introductionem generalem et specialem in*  
*libros sacros N. T.* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. x. IV. *Evangelium S. Ioannis* expli-  
cabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. v.

IOSEPHUS IGNATIUS RITTER, Dr. P. P. O. Publice I. *Antiquitates Christia-*  
*nas* exponet dieb. Lun. et Ven. h. x. II. In seminario regio theol. *exercitationes historicas*  
moderabitur bis per hebd. h. x. diebus suo tempore definiendis. Privatum III. *Primum*  
*historiae ecclesiae partem a Christo nato usque ad Carolum M.* enarrabit quinquies per  
hebd. h. xi.

IOANNES BAPTISTA BALTZER, Dr. P. P. O. Publice I. *De magisterio in*  
*ecclesia catholica infallibili* disseret d. Merc. h. xii. II. *Repetitorium et disputatorium de*  
*rebus difficilioribus ex universa theologia* petitis instituet d. Sat. h. xii. III. In seminario  
regio theol. S. S. *Patrum selecta capita* interpretari et *exercitationes dogmaticas* instituire  
perget d. Mart. h. iii. et iv. Privatum IV. *Doctrinam Christianam catholicam de gratia,*  
*de sacramentis, de oratione, de novissimis* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xii.

FRANCISCUS CAROLUS MOVERS, Dr. P. P. O. Publice I. *Doctrinam sacram*  
*V. T.* tradet dieb. Mart. et Iov. h. vii. et d. Ven. h. viii. Privatum II. *Isaiae Vaticinia*  
interpretabitur dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. viii. Privatissime et gratis III. In semi-  
nario regio theol. *exercitationes exegetico-criticas in V. T.* moderabitur d. Sat. h. x. et xi.

IOANNES FRANCISCUS POHL, Dr. P. P. O. Publice I. *De theologia pas-*  
*torali* aget dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. ix. II. *Disputationes de universa theologia pasto-*  
*rali* instituendas moderabitur d. Iov. h. iii. Privatum III. *De sacro totius anni ecclesiastici*  
*cultu* disputabit d. Lun. h. iii. atque dieb. Merc. et Sat. h. ix.

FRANCISCUS SERAPHICUS ANTONIUS BITNER, Dr. P. P. O. Publice I.  
*De fundamentis theologiae catholicae*, suos „*de civitate divina*“ commentarios, typis atque imp-  
ensis Kupferbergianis Moguntiae anno 1845 editos, secuturus disseret dieb. Lun. Mart. Merc.  
h. ix. II. *S. Ambrosii de officii libros cum Ciceronianis comparatos* sermone, si commil-  
tonibus placuerit, Latino interpretabitur dieb. Iov. et Ven. h. ix. Privatum III. *Theologiae*  
*moralis partem specialem* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xi.

CAROLUS FRIDERICUS STERN, Theol. Lic. Privatum. *Epistolam S. Pauli ad Romanos scriptam* interpretabitur dieb. Lun. Merc. Ven. h. iv.

IOSEPHUS LAURENTIUS WICK, Theol. Lic. Gratis. *Gravissima apologetices Christianae capita* exponet tribus per hebd. horis.

IOSEPHUS HUBERTUS REINKENS, Theol. Dr. Gratis I. *De Patrum eccles. Graecorum vita, scriptis, doctrina* disseret dieb. Merc. et Ven. h. iv. Privatum II. *Historiam eccles. inde a Constantino J. M. ad Gregorium VII. P.* tradet dieb. Mart. Iov. Sat. h. III. et Lunae h. iv.

## ORDO THEOLOGORUM EVANGELICORUM.

CAROLUS FRIDERICUS GAUPP, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. In seminario practico *exercitationes homileticas* moderari perget d. Merc. h. viii. II. *Exercitationes catecheticas* in eodem seminario moderabitur d. Ven. h. xi. Privatum III. *Theologiae practicae partem secundam sive doctrinam de ministerio ecclesiae (homileticen, theologiam pastorallem, catecheticen)* tradet quinquies exc. d. Merc. h. xii. IV. *Evangelium Matthaei* interpretabitur in usum practicum dieb. Lun. Mart. Iov. Sat. h. xi.

DAVID SCHULZ, Dr. P. P. O. Publice I. In seminario reg. theol. *sodalium exercitationes criticas et exegeticas in N. T. libris institutas* regere perget d. Sat. h. ii. II. *Disputationes de rebus theologis* moderari perget d. Sat. h. ix. Privatum III. *Acta Apostolorum cum Pauli epistolis prioribus ad Thessalonicenses et ad Galatas* interpretabitur quinquies per hebd. h. viii. IV. *Criticam et hermeneuticam N. T.* docebit quater per hebd. h. ix.

HENRICUS MIDDELDORPF, Dr. P. P. O. Publice I. In seminario reg. theol. *exercitationes eaegetico-criticis in V. T.* moderari perget d. Merc. h. x. Privatum II. *Jobum* interpretabitur quinquies per hebd. h. xi. III. *Joannis Evangelium* explicabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x.

AUGUSTUS HAHN, Dr. P. P. O. Privatum. *Historiam dogmatum Christianavorum* tradet quinis diebus h. viii.

GUILIELMUS BOEHMER, Dr. P. P. O. Publice I. In seminario regio theol. *exercitationes ad historiam ecclesiae Christianae pertinentes* moderabitur d. Sat. h. constituenda. II. *Litteras ad Hebraeos* datas interpretabitur dieb. Merc. et Sat. horis constituendis. Privatum III. *Dogmaticen Christianam sive systema fidei Christianae* habita libri sui: *Die christliche Glaubenswissenschaft*. Bresl. Bd. I. II. ratione proponet quater per hebd. horis constituendis.

GUSTAVUS FRIDERICUS OEHLER, Dr. P. P. O. Publice I. In seminario regio theol. *exercitationes dogmaticas et historicas* moderari perget d. Sat. h. xi. Publice II. In seminario practico *exercitationibus homileticis* praeerit d. Sat. h. ix. Privatum III. *Ethicen Christianam* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. x. IV. *Pentateuchum* interpretabitur quinquies per hebd. h. xi.

GEORGIUS HENRICUS BERNSTEIN, Dr. P. P. O. Privatum. *Archaeologiae Hebraicae partem priorem* exponet dieb. Lun. Merc. Iov. h. iii.

IULIUS FERDINANDUS RAEBIGER, Theol. Lic. P. P. E. Privatum I. *Theologiam symbolicam* docebit quater per hebd. h. ix. II. *Pentateuchum* interpretabitur quinquies per hebd. h. x.

IOANNES GUILIELMUS HENRICUS RHODE, Theol. Lic. Phil. Dr. Gratis I. *Historiam ecclesiae Christianae seculi XIX.* exponet bis per hebd. h. def. Privatum II. *Historiae ecclesiasticae partem priorem* tradet sexies h. VIII. III. *Historiam dogmatum* docebit sexies h. def.

GEORGIUS LUDOVICUS HAHN, Theol. Lic. Phil. Dr. Privatum. *Introductionem in libros Nov. Test. historico-criticam* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. ix.

## ORDO IURECONSULTORUM.

ERNESTUS THEODORUS GAUPP, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Ius commercii, cambiale et nauticum* docebit dieb. Mart. et Ven. h. xii. Privatum II. *Encyclopaediam et methodologiam iuris* ad schedulam suam: *Grundriss der juristischen Encyclopaedie und Methodologie*, tradet quotidie praeter diem Iov. h. x. III. *Ius Germanicum privatum, iuris civilis Borussiae, quatenus ex iure Germanico emanaverit, habita continua ratione*, docebit quotidie praeter diem Iov. h. ix. IV. *Ius civile Borussiae* quotidie excepto die Iov. docebit h. xi.

PHILIPPUS EDUARDUS HUSCHKE, Dr. P. P. O. Publice I. *Ordinem iudiciorum privatorum, quo usi sunt Romani*, exponet dieb. Merc. et Ven. h. xii. Privatum II. *Historiam et institutiones iuris civilis* tradet quotidie h. viii. et ix.

IULIUS FRIDERICUS HENRICUS ABEGG, Dr. P. P. O. Publice I. *De concursu creditorum secundum praeepta iuris communis et Borussiae* disseret dieb. Ven. et Sat. h. x. II. *Ius criminale et processum civilem* examinando repetet d. Iov. xi. Privatum III. *Ordinem iudiciorum publicorum iure communi et Borussiae receptum* secundum libri sui *Lehrbuch des Criminalprocesses* inscripti ed. alteram et adhibito libro suo, cui titulus est: *Betrachtungen über die Verordnung, betreffend das mündlich-öffentliche Verfahren mit Geschworenen in Preussen 1849*, exponet quaternis dieb. h. x. IV. *Ius naturae*, quod vocant, sive *philosophiam iuris*, praemissa huius disciplinae historia, tradet quotidie excepto d. Sat. h. III.

**GUILIELMUS EDUARDUS WILDA**, Dr. P. P. O. Publice I. *Ins Germanicum privatim* examinando repetet duab. h. def. Privatim II. *Historiam civitatis ac iuris Germanici* enarrabit quinque h. x. III. *Ins feudale* exponet ternis dieb. h. xi. IV. *Ins publicum universale atque Germanicum ratione imprimis civitatis Borussiae* habita docebit quotidie h. xii.

**LUDOVICUS GITZLER**, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Selectos fontium iuris civilis locos* interpretabitur d. Iov. h. v. et vi. II. *Bullam de salute animarum* exponet d. Sat. h. iv. Privatim III. *Pandectas iuris civilis* docebit quotidie h. viii. et ix. IV. *Ins canonicum cum iure ecclesiastico Catholicorum et Evangelicorum* tradet quotidie h. ii.

**GEORGIUS FRIDERICUS FELIX EBERTY**, Dr. Gratis. *De iudiciis iuratorum secundum leges Germanicas et exteras* disseret binis per hebd. horis.

## ORDO MEDICORUM.

**TRAUG. GUILIELMUS GUSTAVUS BENEDICT**, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Repetitorium et examinatorium circa singula chirurgiae capita* continuabit binis horis definiendis. II. *Doctrinam de fasciis et de instrumentis in praxi chirurgica adhibendis* exponet quaternis dieb. h. def. Privatim III. *Chirurgiam generalem et primam chirurgiae specialis partem cum doctrina de operationibus chirurgicis* tradet senis dieb. h. xii. IV. *Ophthalmiatricen* docebit quaternis dieb. h. def. V. *Clinicam morborum chirurgicorum et morborum oculi humani* moderari perget quotidie h. viii. et ix.

**GUILIELMUS HERMANNUS GEORGIUS REMER**, Dr. P. P. O. Publice I. *Nosologiam et therapiam exanthematum* tradet dieb. Merc. et Sat. h. i. Privatim II. *Nosologiam et therapiam inflammationum* docebit quater per hebd. h. i. III. *Exercitationes therapeutico-clinicas* moderabitur quotidie h. x.

**AUGUSTUS GUILIELMUS EDUARDUS THEODORUS HENSCHEL**, Dr. P. P. O. Publice I. *Nosologiae conspectum systematicum* dabit bis per hebd. h. iv. Privatim II. *Pathologiam generalem* exponet quaternis dieb. h. iii. III. *Therapiam generalem* docebit quaternis dieb. h. iv.

**IULIUS GUILIELMUS BETSCHLER**, Dr. P. P. O. Publice I. *Explorationes et operationes obstetricias* docebit bis per hebd. h. iv. Privatim II. *Artem obstetriciam* tradet quater per hebd. h. iv. III. *Clinicum gynaecologicum* moderabitur quotidie h. iii.

**IOANNES CAROLUS LEOPOLDUS BARKOW**, Dr. P. P. O. Publice I. *Historiam foetus* docebit d. Sat. h. viii. Privatim II. *Anatomen corporis humani universam* tradet quotidie h. xi. III. *Anatomen pathologicam* exponet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. ii. det quotidie h. xi. III. *Anatomen pathologicam* exponet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. ii. et iii. IV. *Exercitationes anatomico-practicas* moderabitur quotidie h. ix. et x. atque h. ii. et iii.

**HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT**, Dr. P. P. O. Publice I. *Methodum formulas medicas concinandi* docebit d. Mart. h. vi. Privatim II. *Universam materiam medicam cum demonstrationibus pharmacologicis* in officina Academiae instituendis explanabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. v.

**CAROLUS THEODORUS DE SIEBOLD**, Dr. P. P. O. des. Publice I. *De generatione animalium* disseret bis per hebd. h. x. Privatim II. *Histologiam corporis humani cum demonstrationibus microscopicis* exponet quater per hebd. h. xi. Privatissime III. *Exercitationes physiologicas et indagaciones microscopicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie h. ix.

**CAROLUS LUDOVICUS KLOSE**, Dr. P. P. O. honor. Publice I. *Encyclopaediam medicam* evolvet dieb. Lun. Iov. Ven. h. v. Privatim II. *Pathologiam generalem* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. iii. III. *Medicinam forensem* exponet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. iv.

**CAROLUS IULIUS GUILIELMUS PAULUS REMER**, Dr. P. P. E. Publice I. *De morbis syphiliticis* disseret dieb. Merc. et Sat. h. iii. Privatim II. *Medicinam forensem* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. v.

**IOANNES IOSEPHUS SEIDEL**, Dr. Gratis I. *Recens in praxi medica adhibita medicamina* exponet bis per hebd. h. def. Privatim II. *De fontibus medicatis Germaniae* disseret quater per hebd. h. def.

**CAROLUS GUILIELMUS KLOSE**, Dr. Gratis I. *De herniis* disseret bis per hebd. h. def. Privatim II. *De morbis chirurgicis inflammatoriis* exponet quater per hebd. hora auditoribus commoda.

**IOANNES AUGUSTUS BURCHARD**, Dr. Gratis I. *Historiam foetus* enarrabit h. et d. def. II. *De morbis infantum* disputabit h. et d. def. Privatim II. *De morbis sexus sequioris* disseret h. et d. def. IV. *De exploratione obstetricia* exponet h. et d. def.

**IOANNES CAROLUS CHRISTIANUS KUH**, Dr. P. Ex itinere redux lectiones indicabit.

**THEOBALDUS BASILIUS PAULUS REYMANN**, Dr. Gratis I. *Examinatorium de morbis chronicis* habebit binis h. def. Privatim II. *Therapiam generalem* docebit quaternis h. def.

**GUILIELMUS HENRICUS CAROLUS GROSSER**, Dr. Gratis I. *Selecta capita anatomes chirurgicae* exponet semel p. h. h. def. Privatim II. *Osteologiam et syndesmologiam* tradet bis p. h. h. def. III. *Histologiam pathologicam* enarrabit et *demonstrationibus microscopis* illustrabit bis p. h. h. def.

**ALEXANDER DE FRANTZIUS**, Dr. Privatim I. *Anatomen et physiologiam organorum sensuum* docebit quater per hebd. h. def. II. *Exercitationes zoologicas* instituet bis p. h. h. def.

**IOSEPHUS NEISSER**, Dr. Gratis I. *Diagnosin et therapiam morborum cerebri et medullae spinalis* tradet bis p. h. h. def. II. *De medicina practica rationali* disseret bis p. h. h. def. Privatim III. *Therapiam specialem cum diagnosi coniunctam* tradet ter p. h. h. def.

## ORDO PHILOSOPHORUM.

ERNESTUS EDUARDUS KUMMER, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Algebram* docebit dieb. Lun. et Iov. h. xi. Privatum II. *Geometriam analyticam* tradet quinques per hebd. h. ix. III. *Calculus differentialem* exponet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x.

IOSEPHUS IOANNES ROHOVSKY, Dr. P. P. O. Publice I. *Ciceronis Paradoxa* interpretabitur d. Merc. h. II. Privatum II. *Platonis Symposium* explicabit dieb. Merc. Iov. Ven. h. viii. III. *Psychologiam* docebit dieb. Iov. et Ven. h. II.

LUDOVICUS THILO, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Aristotelis libellum de categoriis* interpretabitur d. Merc. h. II. Privatum II. *Historiam philosophiae Graecae* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. h. xii.

IOANNES LUDOVICUS CHRISTIANUS GRAVENHORST, Dr. P. P. O. Publice I. *Introductionem in entomologiam* dabit dieb. Mart. et Ven. h. xii. Privatum II. *Historiam naturalem* ex enchiridio suo, *Grundzüge der Naturgeschichte* inscripto, docebit quotidie h. x.

CHRISTIANUS GODOFREDUS NEES AB ESENBECK, Dr. P. P. O. Publice I. *Introductionem in philosophiam, quam speculativam dicunt*, tradet d. Sat. h. viii. Privatum II. *Terminologiam, quam dicunt, historiae naturalis* exponet ter per hebd. h. viii. III. *De politia sociali* Froebelio duce disseret dieb. Mart. et Iov. h. viii. IV. *Anthropologiam absolutam sive speculativam* docebit ter per hebd. hora auditoribus commoda.

CAROLUS ERNESTUS CHRISTOPHORUS SCHNEIDER, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii philologici exercitationes* moderabitur d. Merc. et Sat. h. xi. et xii. Privatum II. *Caesaris de bello Gallico librum VII.* interpretabitur sermone Latino dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xi.

GEORGIUS HENRICUS BERNSTEIN, Dr. P. P. O. Publice. *Grammaticam Syriacam* docebit dieb. Mart. et Ven. h. II.

GUSTAVUS ADOLPHUS STENZEL, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii historici exercitationes* moderabitur horis constitutis. II. *Res a Germanis saeculo XIX. gestas* enarrabit dieb. Lun. et Iov. h. III. Privatum III. *Historiam medii aevi* tradet quinques per hebd. excluso die Sat. h. iv.

PETRUS IOSEPHUS ELVENICH, Dr. P. P. O. Publice I. *Ciceronis orationem pro Archia poeta* Latine interpretabitur d. Lun. h. iv. II. *Exercitationes dialecticas de rebus ad philosophiam pertinentibus* moderabitur d. Mart. h. III. Privatum III. *Encyclopaediam philosophiae theoreticae et practicae* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. et Ven.

ERNESTUS FRIDERICUS GLOCKER, Dr. P. P. O. Publice I. *De phaenomenis vulcaniis* disseret d. Ven. h. II. Privatum II. *Geognosin praemissa geologia historica* duce libro suo *Grundriss der Mineralogie mit Einschluss der Geognosie* (Norimb. 1839.) inscripto tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. II. III. *Exercitationes mineralogicas* moderabitur dieb. Lun. et Merc. h. xi.

CHRISTOPHILUS IULIUS BRANISS, Dr. P. P. O. Publice I. *Disputationes de quaestionibus philosophicis* instituet bis per hebd. Privatum II. *Logicam et psychologiam* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. iv. III. *Historiam philosophiae universam* enarrabit quinques per hebd. h. v.

IULIUS ATHANASIUS AMBROSCH, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes seminarii philologici* moderari perget dieb. Lun. et Iov. h. xii. Privatum II. *Mythologiam Graecam* tradet quotidie h. x.

ADOLPHUS FRIDERICUS STENZLER, Dr. P. P. O. Publice. *Linguam Sanscritam* docebit binis horis.

FRIDERICUS HAASE, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes philogicas* reget d. Merc. h. viii. et ix. Privatum II. *Linguae Latinae semasiologiam et syntaxin* explicabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. viii. atque d. Sat. h. viii. et ix. III. *De Thucydidis vita et ingenio praefatus librum eius tertium* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. ix.

IOANNES LUDOVICUS TELLKAMPF, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Repetitorium de oeconomia politica* instituet hora auditoribus commoda. Privatum II. *Politicen secundum librum Dahlmanni (Politik 2. Aufl.)* docebit quinques per hebd. h. III. III. *Doctrinam ad redditus et sumptus publicos pertinentem (Finanz-Wissenschaft)* docebit quater per hebd. h. iv.

MAURITIUS LUDOVICUS FRANKENHEIM, Dr. P. P. O. des. Privatissime et gratis I. *Exercitationes physicas* moderabitur bis per hebd. h. def. Privatum II. *Geographiam physicam et meteorologiam* docebit ter per hebd. h. xii. III. *Magnetismi, electricitatis et galvanismi theoriam* exponet et *experimentis* illustrabit ter per hebd. h. xii.

PALMUS HENRICUS LUDOVICUS DE BOGUSLAWSKI, Dr. P. P. E. Privatissime et gratis I. *Colloquia de rebus astronomicis cum exercitationibus et observationibus* continuabit d. Mart. h. v. et temporibus observationum. Privatum II. *Cosmologiam Alexandri de Humboldt* in eius libro *Kosmos* inscripto expositam illustrare perget dieb. Lun. et Iov. h. v.

AUGUSTUS KAHLERT, Dr. P. P. E. des. Publice I. *De Schillero et Goethio* disseret bis per hebd. h. xii. Privatum II. *Aestheticen* docebit ter per hebd. h. xii.

RICHARDUS ROPELL, Dr. P. P. E. des. Privatissime et gratis I. *Exercitationes historicas* instituet bis per hebd. Privatum II. *Historiam orbis antiqui* exponet quater per hebd.



**GODESCHALCUS EDUARDUS GUHRAUER**, Dr. P. P. E. Privativissime et gratis I. *Exercitationes historico-litterarias* instituet semel per hebd. Publice II. *Aetatium praecipuarum historiae poësis partem secundam, quae medium et recens aevum complectitur*, tradet bis per hebd. h. v. III. *Introductionem in notitiam librorum* exponet semel per hebd. h. v. Privativim IV. *Historiam philosophiae Christianae* tradet ter per hebd. h. v.

**AUGUSTUS SCHMOELDERS**, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Institutiones Arabicas continuatarum faciliora capita auditoribus interpretanda* proponet dieb. Lun. et Iov. h. iv. II. *Selecta capita Sanscrita* explicabit duce Boehlingkii Chrestomathia bis per hebd. h. def. Privativim III. *Grammaticam linguae Hebraeae* tradet adiunctis exercitationibus dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x.

**FRIDERICUS GUILIELMUS WAGNER**, Dr. P. P. E. Publice I. *Exercitationes Latine loquendi ac scribendi* instituet binis h. def. Privativim II. *De Euripidis vita et arte praefatus Hippolytum* interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III. III. *Historia satirae Romanae enarrata Persii satiras* explicabit dieb. Merc. et Sat. h. III.

**ADOLPHUS DUFLOS**, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Chemiam q. v. organicam* docebit ter per hebd. h. VIII. Privativim II. *Chemiam q. v. pharmaceuticam* tradet quinques per hebd. h. VII. III. *Chemiae analyticae elementa* docebit bis per hebd. h. III.

**THEODORUS MUNDT**, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Exercitationes rhetoricas* instituet d. Merc. h. III. Privativim II. *Politicon seu scientiam civilis eiusque institutionum* docebit dieb. Lun. Merc. Ven. h. iv. III. *Historiam litterarum Germanicarum* enarrabit dieb. Mart. Iov. Sat. h. iv.

**GEORGIUS KIRCHHOFF**, Dr. P. P. des. Publice I. *Capita selecta physices mathematicae* tradet bis per hebd. Privativim II. *Physicen* docebit et experimentis illustrabit quater per hebd.

**IOANNES GEORGIUS ROSENHAIN**, Dr. Gratis I. *De functionibus simpliciter periodicis* disseret bis per hebd. II. *Exercitationes mathematicas* moderabitur semel per hebd. Privativim III. *Mathesis elementaris partem primam eamque arithmeticam* exponet quater per hebd.

**GUSTAVUS GUILIELMUS KOERBER**, Dr. Gratis I. *De systematis plantarum artificialibus et naturalibus* disseret semel per hebd. II. *Plantas cryptogamicas* duce libro suo *Grundriss der Kryptogamenkunde* (Breslau. 1848.) in scripto coniunctis demonstrationibus microscopicis illustrabit ter per hebd.

**PAULUS EDUARDUS CAUER**, Dr. Gratis I. *Historiam imperatorum Romanorum* docebit bis per hebd. h. def. Privativissime et gratis II. *Exercitationes historicas* moderabitur h. def.

**CAROLUS FRIDERICUS ADOLPHUS WUTTKE**, Dr. Gratis I. *Isagogen philosophicam in doctrinam Christianam* tradet bis per hebd. Privativim II. *Historiam internam generis humani per aevum ethnicum* explicabit quater per hebd.

**CAROLUS LEONARDUS HENRICUS SCHWARZ**, Dr. Gratis I. *De operationibus chemicis* disseret semel per hebd. h. def. Privativim II. *Chemiam organicam eamque technicam* docebit senis per hebd. hor. audit. comm. Privativissime III. *Chemicas exercitationes* in laboratorio suo reget h. def. IV. *Examinatorium de chemia universali* instituet.

**GUSTAVUS FRIDERICUS GUILIELMUS SUCKOW**, Dr. Gratis I. *Disputationes de rebus philosophicis* Latino sermone habendas moderabitur singulis per hebd. dieb. Privativim II. *Tertiam philosophiae Platonicae partem, qua priores numeris suis absolutebantur et penitus stabiliantur*, exponet ternis per hebd. dieb.

**HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT**, Medic. Dr. P. P. O. Publice I. *De plantis cryptogamicis demonstrationibus microscopicis adhibitis* disseret d. Merc. et Sat. h. XII. Privativim II. *Anatomen et physiologiam plantarum demonstrationibus microscopicis illustratam* exhibebit d. Merc. et Sat. h. v.

## LECTORES LINGUARUM.

**CHRISTOPHILUS HENRICUS NEUMANN**, Dr. Gratis I. *Quorundam Pentateuchi capitum paraphrasin Onkelosi eorumque interpretationem rabbinicam* exponet bis per hebd. h. def. Privativim II. *Grammaticam Hebraicam exemplis e Vetere Testamento sumptis* docebit ter per hebd. h. def.

**SAMUEL THEOPHILUS RUEDIGER**, Dr. Gratis I. *Francogallice scribendi et loquendi exercitationes* instituet d. Merc. et Sat. h. II. Privativim II. *Molierii fabulam Misanthropum* in scriptum interpretabitur.

**AUGUSTUS THEODORUS PEUCKER**, Dr. Gratis I. *Grammaticam Neo-graecam* docebit dieb. Lun. et Iov. h. iv. II. *Grammaticam Hispanicam*, librum suum *Practischer Lehrgang zur Erlernung der spanischen Sprache* in scriptum secuturus, tradet d. Mart. et Ven. h. iv.

**ARMINIUS EDMUNDUS OTTOMAR BEHNSCH**, Dr. Gratis I. *Bironis Caimum* interpretabitur semel per hebd. Privativim II. *Rudimenta linguae Anglicae* docebit ter per hebd.

**ALEXANDER MAROCHETTI**, Lect. Gratis I. *Carmen Tassonis poëtae l'Aminta in scriptum* interpretabitur bis per hebd. Privativim II. *Linguae Italicae fundamenta* docebit binis horis def.

**IOANNES NICOLAUS FRITZ**. Gratis I. *Krasickii opus Pan Podstoli in scriptum* bis per hebd. interpretabitur. Privativim II. *Grammaticam Polonicam adiectis loquendi et scribendi exercitationibus* secundum libellum a se editum docebit binis horis. III. *Elementa linguae Russicae, ceterarum linguarum Slavicarum et imprimis quidem Polonicae ratione habita*, tradet bis per hebd.

Musicam docebunt *Dr. Mosevius* et *Dr. Baumgart*, artem vel graphide delineandi vel penicillo imitandi *Siegert*, rerum, quae ad physica pertinent, delineandarum *Weitz*, taxidermiam *Rotermund*, artem equitandi *Preusse*, batuendi *Loebeling*, saltandi *Arene*.

Bibliothecae Academicae lecturis apertae patebunt diebus Lun. Merc. Iov. Sat. hor. II. et III., libros petituris et reddituris dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. hor. XI. Leges indicat scheda in coenaculo studii dicato proposita. Ex reliquis tribus urbis bibliothecis *Rehdigerana* cum Burgiana ad aedem S. Elisabethae consociata patebit diebus Merc. et Sat. ab hora II. ad IV.; ea autem, quae est ad aedem S. Bernardi, singulis diebus Iovis eisdem horis; de tertia, quae ad aedem S. Mariae Magdalenaee servatur, conveniendus singulis diebus Saturni ab hora X. ad XII. bibliothecarius est, qui est gymnasii M. Magdalensis rector.

Collectiones rerum et instrumentorum ad physicam, astronomiam, anatonem, physiologiam, zoologiam agrorumque culturam pertinentium, artis et antiquitatum Museum et pinacotheca, inspiciendi venia suo loco et tempore impetrata, monstrabuntur.

LECTORES LINGUARUM

CHRISTOPHILUS HENRICHUS NEUMANN, Dr. Gratia I. Grammaticae Latinae et Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Grammaticae Latinae et Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Grammaticae Latinae et Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II.

SAMUEL THEOPHILUS RÜDIGER, Dr. Gratia I. Francogallicae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Francogallicae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II.

AUGUSTUS THEODORUS PRÜCKER, Dr. Gratia I. Grammaticae Latinae et Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Grammaticae Latinae et Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II.

ANNIUS BERNHARDUS OTTOMAR BERNHARDT, Dr. Gratia I. Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II.

ALEXANDER MARQUETT, Lect. Gratia I. Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Graecae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II.

IOHANNES NICOLAUS FRITZ, Gratia I. Francogallicae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II. Francogallicae per hebdomadam semel, diebus Martis et Mercurii, horis III. et IV. Privatim II.

